

Dixit et uenit locusta: et bruchus cuius
 non erat numerus.
Et comedit omne fenum in terra eorum: et
 comedit omne fructum terre eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum:
 primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et
 non erat in tribubus eorum infirmis.
Petata est egyptus in protectione eorum:
 quia incubuit tumor eorum super eos.
Expandit nubem in protectionem eorum
 et ignem ut luceret eis per noctem.
Petierunt et uenit coturnix: et pa-
 ne celi saturauit eos.
Dirupit petram et fluxerunt aque: a-
 bierunt in sicco flumina.